Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Etiam ad hoc valet. Unde f aqui
illam cerribus et vz; Item lactuca
prohibet superfluas vigilias et sop
num inducit; Item lac eius valet
in ulceratione facta in oculo quia
potenter abstergit. Item succus eius
fronti applicatus vz ad sompnum
Item lac lactuce e
Lactuca etiam vz in morsu scorpio
nis et rutele. Item lactuca nec
laxat ventrem nec stiptitat. Sed
esus frequens laxat eum. Item
lactuca vz in duriscitate et punctu
atione aquarum in humano corpore

Lactuca asini est planta
quedam que a dyascoride titi
cusa appellatur eius quatuor
sunt species. De quibus Auic facit
mentionem specialem in quatuor capitulis
Una est que albutalisse ab Auic
nominatur Secunda est que carnellus
nominatur Tercia est qua Auic
nominat lactucam azini. quartam
Zymet Ba. vero dicit de simplici
medicina etiam facit mentionem
de lactuca azini et ipse etiam ponit
quatuor species eius. Unde dicitur
acetalia. secunda locusta. 3a albu
cclabus quarta dicit nomine care
Dyascoridis nominat eam acitusa lactu
cam asini. et ipse concordat cum
Auic in speciebus eius. Et hec species
folia habet parua similia folijs lac
tuce. Verum folia expanduntur
super terram. et sunt radici adhe
rentia. et color eorum tendit ad
nigredinem et sunt aspera et radix
eius est rubei coloris. ymo terra
fit rubea propter eam. et digiti
tangentes ipsam De complexione vero
quod Auic dicit quod sit ca. et sic. in
principio tercij gradus. De

Operationibus Auic notat
quod lactuca azini est abstersiua api
tiua ymo etiam mollitiua est. Unde
confert omnibus apostematibus duris. Ubi
cunque sint illa apostemata. Item
potenter educit menstrua Item suppositum
educit fetum mortuum. Item
dicit Auic quod caueat medicus
ne pregnanti mulieri exhibeat
quia facit aborsum. Item succus
lactuce azini potenter mundificat
caput si fiat ex ea caput purgium
Item delet cicatrices vulnerum
Item emouet duriciem splenis et
epatis. et sic extenuat splenem
Item decoctio eius et succus valet
in apostematibus mentis. et radix
idem facit principaliter

Lapis iudaicus est lapis
parue quantitatis sicut
nux et assimilatur figure
amigdale. et est coloris albi. et
sunt quasi vene in illo. et dicitur
iudaicus eo quod reperitur in partibus
iudeorum orientalibus. De
Complexione nota quod est complexionis
vt plurimum ut alij lapides quod est
fri. et sic. et doctores non gra
duant ipsum. sit ergo fri. et sic.
in secundo De Operationibus nota. quod
nocet stomacho et inducit appetitum. et
habet proprietatem in frangendo lapidem
renum. sed non vesice secundum Ba.
et Auicen. Item constringit fluxum
sanguinis et maxime emorroydarum

Lapis lune alio vocabulo
dicitur splendor lune
et est clarus et boni coloris
que reperitur circa augmentum
lune et pro tunc participat figuram
lune. et hoc in arabia.